

D. Consult.

rendi occasionem cum tanto detrimento spiritali, vel temporaliter ergo potest absolvi poenitens, & maxime petendum auxilium à Deo ad resistendum: sic ait Pontifex, in cap. Consultatione de frigidis, & malefic. Et confirmatur, quia in hoc casu non dicitur poenitens velle occasionem peccandi, sed tantum illam permittere ad evitandum magnum damnum in vita, honore, fama, ac pecunia, tam suae rei, quam mulieris, seu concubinae.

37. Tertio: ex hac doctrina colligitur resolutio plurimorum casuum quos refert Navarrus citato loco, verbi gratia, filius familias, qui rem habet cum sorore, vel in domo Patris habet concubinam, cum qua solet peccare, illam tamen expellere non potest, nisi cum magno detrimento, si intervenit verus dolor cum firmo proposito potest absolvi. Ita Lugo citat. n. 52. & alii quos citat, ac sequitur Bonacina de Matrim. q. 4. punct. 14. n. 13.

38. Quarto: Absolvendus est concubinarius non rejecta concubina, quia dicta foemina dedit mutuo, verbi gratia, centum aureos, & credit illos esse militarium, si è domo illam expellat, dammodo habeat verum dolorem, & firmum propositum non peccandi; nemo enim tenetur evitare occasionem proximam cum magno suo detrimento, etiam temporaliter. Ita Sanchez citatus n. 20. Lugo Bonacina citati.

Sanchez. Lugo. Bonacina.

QUESTIO XIII.

Utrum possunt absolvi poenitentes, qui saepius relabuntur in eadem peccata, verbi gratia, perjurium, molliem, quorum occasio nulla, aut vix expelli potest.

SUMMARIUM.

- 39 Prima sententia negat.
40 Secunda sententia affirmat hunc relapsum posse absolvi.
41 Affectus molliem ordinariè absolvendus.

Ledesma. Medina. Lopez.

40.

Est aliqui Doctores negent beneficium absolutionis; his dandum; ut Petrus Ledesma tom. 2. summa, tract. 1. cap. 9. & Medina in summa, cap. 14. §. 2. Lopez 1. part. cap. 25. num. 282.

Tamen contraria sententia est verior, & probabilior, quia si confessarius iudicat in his esse verum dolorem, ac propositum non peccandi, possunt absolvi; nam dispositio requisita, est propositum praesens, & non emendatio futura: ergo etiam optime possunt absolvi, etiam si eorum reincidentia iudicetur; At verò si Sacerdos iudicat non esse verum dolorem, tunc poenitens omnino est incapax absolutionis. Ita Henricus, & alii, quos citat, ac sequuntur Sanchez, in Decalog. lib. 2. c. 32. n. 45. & lib. 3. cap. 5. num. 18. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 8. in fine, Reginaldus in praxi. tom. 2. lib. 18. cap. 87. Lugo disp. 4. sect. 10. n. 166 Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 3. quest. 4.

Henricus. Sanchez. Suar.

Reginaldus. Lugo. Azor.

41.

Confirmatur: Et maxime quantum ad

peccatum molliem, quia quamvis huiusmodi occasio proxima, est tamen talis conditio, ut nullo modo possit auferri, cum fundata sit in propria carne ac natura, poenitentis. Ita citatus Bonacina n. 14. & Lugo n. 159. Henriquez; Candidus, Granados, Trullenchus, Hurtado apud Bannium tract. 4. questione 15. pag. 96.

Bonacina. Lugo. Henricus. Candidus. Granados. Trullenchus. Hurtad. Baunius.

QUESTIO XIV.

An absolvi possint adolescentes, qui cum foeminis versantur, laborando, vel conversando, cum ex tali occasione peccent mortaliter consensu, tactibus, & copula.

SUMMARIUM.

- 42 Negat sententia.
43 Si non cohabitant in eadem domo bene possunt absolvi.
44 At si sunt in eadem domo non possunt absolvi.

Absolutionem eis esse dandam negant Caetanus, Lopez, Rodriguez, Ledesma apud Granadum tract. 16. disp. 9. n. 22. Trullenchus lib. 6. in Decalog. cap. 1. dub. 9. n. 3.

Meo videri, distinctione in hac re opus est, si talis conversatio sit cum foeminis, quae in eadem domo cum ipsis adolescentibus non cohabitant, bene possunt absolvi; si tamen verus dolor, & firmum propositum non peccandi datur, tunc enim illa occasio non censetur proxima, sed remota, nec enim in tali occasione semper solent homines peccare mortaliter, alias homines tendent in eorum ad evitandum colloquia foeminarum. Ita Navarrus, cap. 3. num. 17. Lugo citata disp. 14. n. 150. Candidus, Beja, quos citat ac sequitur Leandrus de Poenit. disp. 7. q. 34.

At verò si adolescentes sunt in eadem domo cum foeminis, & saepe sunt admoniti, ut à gravi desideratis, ac tactibus desistant, non possunt absolvi, nisi ipsi exeant à tali domo, vel foemina ab ea ejiciantur; quia ex praesentia foeminarum maxime fomenta ad illa turpia nascuntur, quod intelligitur nisi magnum detrimentum, & damnum sive spirituale, sive temporale proveniat ex separatione à tali domo, vel ipsis adolescentibus, vel ipsis foeminis. Ita Thomas Hurtadus tom. 1. tract. 1. cap. 6. Resol. 23, Baunius tract. 4. de Poenit. quest. 15. §. Quod si ex turpi. Ut dictum est supra q. 12. n. 33.

Caetan. Lopez. Rodrig. Ledesma. Granad. Trullench.

Navarrus. Lugo. Candidus. Beja. Leandr.

Hurtadus. Baunius.

QUESTIO XV.

An possit confessarius differre absolutionem poenitenti per aliquod tempus, ob occasionem proximam, in qua versatur?

SUMMARIUM.

- 45 Prima sententia tenet absolutionem non posse differri.
46 Secunda

- 46 Secunda affirmat.
47 Potest confessarius ex causa differre absolutionem.
48 Non potest differre, si timet aliquod damnum.

45. Joan. Sanchez. Maura. Henriquez. Sylvest. Navar. Hurtad.

Diana.

46.

Henricus. Ledesma. Tolerus. Suar. Sanchez. Grassis. Banez. Villalobos. Delrius. Lugo.

47.

Navarrus. Lugo. Candidus. Beja. Leandr.

48.

Lugo. Sanchez. Azor.

- 50 Secunda, & vera affirmat.
51 An duo Clerici, vel duo Religiosi se invicem percutientes, possint se ad invicem absolvere, & n. 52.

Quaestio est: An confessarius possit sacramentaliter absolvere complicem sui peccati, cum quo peccavit carnaliter, v.g. vel furto seu alio crimine? Confessionem esse invalidam tenet Bonacina tom. 1. disp. 5. de Poenit. quest. 7. punct. 5. §. 5. n. 11. Quod probat ex Concilio 7. & 12. Mediolanensi, ubi confessario adimitur potestas suum complicem absolvendi; nos autem excitamus quaestionem extra Mediolanum, ubi praecipua talis Concilii non vigent, nec obligant; & Bonacina nullum auctorem citat pro se, suaeque sententia.

Dico, quod talis confessio est valida, & potest esse fructuosa, si fiat absque scandalo, & periculo alicujus pravitatis, ac remissionis delectabilis; & ratio est clara & manifesta, quia confessarius per illud peccatum quod commisit cum poenitente complice non amittit jurisdictionem ad absolvendum; suppono quod confessarius per illud peccatum non incurrit excommunicationem, vel suspensionem quia illas incurrit, poterit prius ab illis absolvi, & postea sic absolutus poterit confessionem sui complices valide audire. Dixi (absque scandalo, & periculo, quia si ex ipsa confessione, tanquam ex quodam colloquio sequatur aliqua impudicitia, aut aliquid dissonum, tunc fieri non debet. Ita Sorus in 4. difficult. 14. quest. 4. art. 3. Villalobos tom. 1. tract. 9. difficult. 9. n. 2. Portel. in responsionibus Maralibus, casu 50. num. 2.

49.

Bonacina.

50.

Sorus. Villalobos. Portel.

51.

Circa hanc rem proponit Beja 4. part. Responsum Moralium casu 6. satis difficilem casum. In quodam oppido erant tantum duo confessores approbati, & tempore jubilaei hi duo irato animo se percuterunt in praesentia multorum, & casus fuit publicus in toto oppido: die sequenti amicabiliter reconciliati sunt, & ad invicem unus alteri confessus est sacramentaliter, & virtute jubilaee se ad invicem absolverunt, & statim celebraverunt. Quaestum est, an illi Clerici publice excommunicati ob notoriam percussorem clericum, se potuerint absolvere valide? Respondet Beja potuisse, dato quod urgeat necessitas celebrandi, vel ministrandi aliud Sacramentum, quod sine scandalo differre nequeat: Probat: quia necessitas non habet legem: & pia mater Ecclesia non intendit in tam urgenti necessitate privare filios remedio necessario. Praeterea, quia irregularis ad vitandum scandalum, & periculum fama, potest celebrare, ut tenet Navarrus in Manuali cap. 27. n. 279.

Navarrus. Sorbo.

Et confirmatur ex simili casu posito à Sorbo Capucino anno. ad compend. verb. Absolutio Ordinario quoad fratres §. succedat, ubi probat, quod si duo religiosi se ad invicem percutiant, & alius habeant facultatem absolvendi à tali censura potuerunt se ad invicem absolvere.

De hac re, Vide multa verb. Bulla Cenae, Bulla Cruciatæ, Confessor.

QUESTIO XVI.

An confessarius possit absolvere complicem sui peccati, cum quo peccavit?

SUMMARIUM.

- 49 Prima sententia negat.
Sylveira Opuscula.

RESOLUTIO V.

Accusare, seu Accusator.

QUESTIO PRIMA.

Quid sit Accusatio, & quomodo distinguatur à denuntiatione, ac querela?

SUMMARIUM.

- 1. Quid sit accusatio.
- 2. Accusatio tendit ad vindictam, denuntiatione ad emendationem.
- Ad accusationem ordinariè non pramittenda correctio fraterna.
- 3. Accusator tenetur probare delictum, non vero denuntiator.
- 4. Denuntiator potest esse testis, non vero accusator.
- 5. Accusatio tendit in vindictam, querela in bonum partis laesa.

1. **A**CCUSATIO, est delatio rei de crimine ad vindictam publicam libella factam ad Superiorem zelo iustitiæ, ut ex punitione unius rei ceteri omnes ab huiusmodi delictis abstineant. Ita communiter Doctores apud Clarum lib. 5. pract. fin. quest. 14. dixi (zelo iustitiæ) quia si fiat malo animo, tuac peccabit; & ideo ait Alderete. lib. 1. de Religiosa discipl. cap. 4. numero 13. quod debet jurare de calumnia, quod scilicet non calumniandi animo faciat.

2. Accusatio distinguitur à denuntiatione. Primò: quia accusatio tendit, ut crimina puniantur in aliorum exemplum, ut omnes à malo absterreantur; at denuntiatione, saltem Evangelica, ad emendationem delinquentis: unde nulla est causa denuntiandi si proximus putetur privatim emendandus. Lessius lib. 2. cap. 30. num. 10. & 11. Ex quo sequitur, quod accusator potest crimen occultum deferre nulla pramissa correctione fraterna, quod aliter dicendum in denuntiatione cap. Qualiter quando, de Accusatione. Navarrus in manuali, cap. 18. num. 3. Castr. Palus tract. 6. punct. 15. n. 3. M. Lezana tom. 1. cap. 27. num. 23. Lessius citatus, n. 10. & 13. Qui etiam advertunt quod aliquando erit contra charitatem, non pramissa monitione, accusare, v. g. si certo sciat fratrem privatis monitis emendandum, quod ut tutius eligendum. Lessius citatus, num. 13. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 10. cap. 12. n. 45.

3. Secundo differunt, quod accusator tenetur probare delictum, non vero denuntiator, ut tenent Sotus de iustitia & iure, quest. 4. art. 3. quest. 5. art. 4. Bañez 2. 2. quest. 33. art. 8. dub. 3. Unde si non probet, non ideo multandus; non enim sumit super se onus probandi, sed tantum praparat viam iudici, ut ipsi inquirant, ut verò accusator ad probandum tenetur; ut ex multis adnotat M. Fr. Thom.

4. art. 3. quest. 5. art. 4. Bañez 2. 2. quest. 33. art. 8. dub. 3. Unde si non probet, non ideo multandus; non enim sumit super se onus probandi, sed tantum praparat viam iudici, ut ipsi inquirant, ut verò accusator ad probandum tenetur; ut ex multis adnotat M. Fr. Thom.

de Jesu de Visitatione Regulari, tract. 1. cap. 18. n. 13. aliàs tenebitur poena Talionis. D. Thom. D. Thom. 2. 2. n. 68. art. 4. sufficit, quod accusator crimen obiectum probet semiplena probatione, scilicet per famam, vel unum testem integrum vel per alia iudicia. Navarrus in manuali: Navarr. cap. 25. & tit. de Pecc. Rei accusat, & inquisit. num. 55. Franciscus Aretinus in pract. crimin. de Accusatione, cap. 15. M. Lezana citatus, n. 24. Aretin. Lezana. Qui etiam probant, quod hodie secundum communem consuetudinem accusator si non semiplenè probat, non punitur poena Talionis, sed mitiori pro arbitrio iudicis, ne homines ab accusatione deterreantur. Ita etiam Alderete. Alderete lib. 2. c. 23. n. 5.

4. Tertio: denuntiator potest esse testis, si aliunde non habet aliud impedimentum, eo quod non procurat vindictam delinquentis, sed correctionem. Navarrus in manuali, 3. cap. 25. num. 33. Sotus 5. de iustitia, part. 6. art. 2. comm. 4. secus est de accusatore; neque enim ipse, aut ejus cognati, & domestici possunt esse testes cap. 1. 2. 4. n. 4. 3. testes. Quarto, denuntiatione potest fieri verbalis; at accusatio debet esse scriptis, vel coram notariis; de quo quaestione sequenti.

5. Distinguitur accusatio à querela. Primò, quia querela non fit semper propter publicam vindictam criminis, vel propter emendationem delinquentis, sed propter bonum partis laesa. Secundo, quia accusatio fit oblato libello accusatorio, subscriptione accusatoris; at querela fit nudis verbis, & iudex inde procedit ad accipiendos testes, & informationem contra Reum, Balleus verb. Accusatio n. 2. M. Fr. Antonius ab Spirit. Sancti in Director. part. 3. Spirit. Sancti tract. 4. disp. 5. sect. 7. n. 167.

QUESTIO II.

Que condiciones requirantur ad veram accusationem?

SUMMARIUM.

- 6. Accusatio fit inscriptis, vel coram notario.
- 7. Non est adnotanda dies quo accusatio intentatur.
- 8. Debet exprimi nomen accusatoris, ac accusati.
- Exprimenda species delicti.
- 9. Exprimendus annus, dies, & hora, si petatur.

6. **A**D veram accusationem sex condiciones proponuntur. Primò: requiritur, ut fiat in scriptis, tamen hodie communi consuetudine sat est, ut fiat verbis, dommodo adsit notarius, qui statim eam in scriptis redigat, ut inde constet quid incumbit accusatori probare. Ita Clarus quest. 11. numero quinto, & numero septimo Lessius lib. 2. cap. 30. num. 2. Tamburin. in praxi crim. tom. 3. questio 4. n. 5.

7. Secundo, requiritur, ut exprimatur dies, & annus, quo accusatio intentatur, ac obicitur, sed hoc hodie non est necessarium, & parum

Tambur.

Const. Car.

8.

9.

Clarus. Gomez. Emman. Soar. Lessius. Tambur. Aretin.

10. C. Qualiter.

Suar.

D. Thom.

parum ad rem facit, ut notant Doctores cum Tamburino citato, num. 9. Quod intelligitur nisi in Religione sit statutum determinans certum tempus, quo processus finiatur, ut apud nos Carmelitas, si fiunt à Provinciali part. 2. Constitut. cap. 2. num. 8. intra dum menses.

8. Tertio: ut exprimatur nomen accusatoris, & accusati quod est omnino necessarium, ut constet, quis sit accusator, & quis accusatus, & si nomen accusati omnino ignoretur, potest ex habitu, forma, officio, ac aliis circumstantiis notari. Quarto, species delicti, quod est etiam omnino necessarium; in hoc enim fundatur intentio accusantis.

9. Quintò: requiritur, ut assignetur locus, tempus, & annus, ac menses, quo crimen commissum fuit, aliàs accusatio incerta, & inutilis reddetur, non tamen tenetur accusans exprimere diem, vel horam criminis perpetrati, nisi aliàs Reus petat exprimendum diem ad intercludendum accusatorem, nempe, quod tali die, vel hora erat infirmus, & non in illo loco; & ideo ad petitionem Rei dies, vel hora danda, Ita Clarus, Gomez, Emmanuel. Soarez, quos citant, ac sequuntur Lessius n. 5. & Tambur. supra n. 9. & Franciscus Aretinus pract. crim. de Accusatore, c. 6.

10. Sextò: inscriptio accusantis, ut colligitur ex cap. Qualiter quando, 2. de Accusatione, ubi dicitur: Sicut ante inquisitionem procedit clamorosa insinatio, ita ante accusationem debet procedere inscriptio. Ubi notat Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. c. 12. num. 45. quod licet inter regulares non serventur omnes solemnitates juris, tamen maxime est necessarium, ut accusatio fiat in scriptis, ut sciat accusator, quod probare debet, ut ait D. Thomas 2. 2. quest. 68. art. 2. & ut etiam ipse subscribat, ne postea negare valeat.

QUESTIO III.

Verum procedere via accusationis conveniens sit inter Religiosos?

SUMMARIUM.

- 31. Accusationis modus relegandus à Religione.
- 32. Quisque licet potest accusare alterum.
- 33. Bona communi bene subvenitur per denuntiationem.
- Praelatus admoneat, omittatur accusatio, ibid.

11. **L**icet modus procedendi per accusationem maxime relegandus sit à Religiosis, utpote quod Religiosorum paci, quieti, ac fraternæ unioni videatur repugnare, & proinde in aliquibus regnis non permittitur, eo vel maxime, quod per denuntiationem juridicam suppleri valeat. Ut advertit M. Fr. Thomas de Jesu de Visitatione Regulari, tract. 1. cap. 4. num. 6. Pellizarius tom. 1. tract. 9. cap. 4. sect. 2. n. 81.

12. Nihilominus dato, quod admittatur, fieri potest absque injuria, ut v. g. qui injuriam passus est, contra injuriantem agat ad vindictam.

dictam justam, & sine peccato contra charitatem, si non ex odio, vel malo animo fiat, sed vel ex affectu Religionis, ne similes injuriæ in ea introducantur; & si tales excessus fuerint impuniti, alii ad similia sicut audaces, vel etiam fieri potest ex affectu resarciendi justum honorem, & bonum nomen, cui unusquisque tenetur consulere. Ita Suar. tom. 4. de Relig. lib. 10. c. 12. nu. 45. M. Lezana Lezana. tom. 1. c. 27. n. 22. ex communi sensu Theolog. D. Thomas 2. 2. q. 68. art. 2. & Canonistarum D. Thom. in c. Novit. de Judiciis. C. Novit. 13.

Unde bene advertit Sotus Relect. de reg. secreta, membro 2. quest. 5. conclus. 2. quod cessat obligatio rigorosè accusandi; nam per denuntiationem sufficienter subvenitur bono communi. Ut concludit Suarez, quod licet accusare ob vindictam, & in recompensationem proprii nocuenti sit periculolum, & alienum à Regularibus, & inde ab eis maxime vitandum; tamen si accusatio legitime fiat, debet superior illam per se, vel per notarium scriptam acceptare. Tamen adverteo quod Praelatus Regularis ut Pater debet semper admonere, ut relicta accusatione procedatur per denuntiationem, quæ etiam lato modo est quædam accusatio. Ut notat Peirin. de subditio, Peirin. q. 1. cap. 16. dicto 5.

QUESTIO IV.

Quilibet Religiosus si velit poterit alterum accusare, tam pro damno sibi, quam Religioni illato?

SUMMARIUM.

- 14. Idem est actor, ac accusator.
- 15. Quisque tenetur crimen perniciosum Religioni accusare, seu denuntiare.
- 16. In aliquibus casibus non tenetur denuntiare.
- 17. Quilibet potest alterum accusare debitis circumstantiis, & n. 8.
- 19. Non tenetur quilibet alterum accusare.

14. **I**n hac materia illud semper præ oculis est habendum, quod in presenti sumimus pro eodem actorem, & accusatorem, quia qui in civilibus causis actor dicitur, leg. Qui prior, ff. de iudiciis, in criminalibus accusator appellatur, ff. de accusatione, & inscriptis.

15. Dico Primò: tenetur Regulares non solum in visitationibus conveniunt, sed etiam extra illas accusare, vel saltem denunciare crimen, quod maxime contrariatur bono communi Religionis, vel Reipublicæ, ut proditio, & præcipue si est in fieri & repugnat reformationi, & cedit in dedecus, ac damnum Religionis; tunc etiam extra visitationem sub peccato mortali accusandum, ac denuntiandum, etsi aliquod grave nocumentum inde proveniat accusato, ac denuntiato. Bonum enim commune anteponi debet bono privato cuiusconque, & generalis regula est, quando crimen est perniciosum, & alia ratione impediti